Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



125 111

na vero: quia ad patrem vado et iam non videbitis
me. De iudicio autem: quia princeps huius mundi iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere. sed non
potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. non enim lo-
quetur a semetipso sed quecumque audiet loquetur:
et que ventura sunt annunciabit vobis. Ille me clarifica-
bit: quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Offertorium
Iubilate deo omnis terra. Secreta Deus qui nos per hunc sacri-
ficii venerandum commercium unius substantie divinitatis participes esse fecisti. presta quesumus. ut sicut tuam co-
gnoscimus veritatem. sic eam dignis moribus assequa-
mur. per dominum. Postcommunio Te quesumus domine. ut
cum venerit paracletus
spiritus veritatis ille arguat mundum de peccato et de iustitia et de iudicio
alleluia alleluia. Complenda Adesto nobis domine deus noster ut
per hec que fidelitate sumpsimus et purgemur a vitiis
et a periculis omnibus liberamur. Feria iiii. ad chellalocum. 109

Fratres. Omnes vos filii lucis estis et filii diei. non
estis noctis neque tenebrarum. igitur non dormiamus
sicut et ceteri: sed vigilemus et sobrii simus. Qui
enim dormiunt nocte dormiunt: et qui ebrii sunt
nocte ebrii sunt. nos autem qui diei sumus sobrii simus in
dua longa fidei et caritatis et galeam spem salutis
quia non posuit nos deus in iram sed in adquisitio-
nem salutis. per dominum nostrum ihesum xpm qui mortuus
est pro nobis: ut sive vigilemus sive dormiamus
simul cum illo vivamus. propter quod consolamini in
vicem et edificate alterutrum sicut et facitis: in xpo ihesu
Illo tempore Respiciens secundum iohannem dixit nos-
ihesus in discipulos suos dixit. Hec scripsi vobis in